

Examen VWO

Latijn

Voorbereidend
Wetenschappelijk
Onderwijs

19 | **94**

Tijdvak 2
Dinsdag 21 juni
9.00–12.00 uur

Tekstboekje

Tekst 1

1 — 1 Quam ob rem illa arma, centuriones, cohortes non periculum nobis, sed praesidium
2 — 2 denuntiant, neque solum ut quieto, sed etiam ut magno animo simus hortantur, nec
3 — 3 auxilium modo defensionis meae verum etiam silentium pollicentur. Reliqua vero
4 — 4 multitudo, quae quidem est civium, tota nostra est, nec eorum quisquam quos undique
5 — 5 intuentes, unde aliqua fori pars aspici potest, et huius exitum iudici exspectantes videtis,
6 — 6 non cum virtuti Milonis favet, tum de se, de liberis suis, de patria, de fortunis hodierno
7 — 7 die decertari putat. Unum genus est adversum infestumque nobis eorum quos P. Clodi
8 — 8 furor rapinis et incendiis et omnibus exitiis publicis pavit; qui hesternae etiam contione
9 — 9 incitati sunt ut vobis voce praeirent quid iudicaretis. (*Pro Milone paragraaf 3*)
10 — 10
11 — 11

2 — 12 Obviam fit ei Clodius, expeditus, in equo, nulla raeda, nullis impedimentis, nullis
13 — 13 Graecis comitibus, ut solebat, sine uxore, quod numquam fere: cum hic insidiator, qui
14 — 14 iter illud ad caedem faciendam apparasset, cum uxore veheretur in raeda, paenulatus,
15 — 15 magno et impedito et muliebri ac delicato ancillarum puerorumque comitatu.
16 — 16 Fit obviam Clodio ante fundum eius hora fere undecima aut non multo secus. Statim
17 — 17 complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum; adversi raedarium
18 — 18 occidunt. Cum autem hic de raeda reiecta paenula desilisset seque acri animo
19 — 19 defenderet, illi qui erant cum Clodio gladiis eductis, partim recurrere ad raedam ut a
20 — 20 tergo Milonem adorirentur, partim, quod hunc iam interfectum putarent, caedere
21 — 21 incipiunt eius servos qui post erant; ex quibus qui animo fideli in dominum et praesenti
22 — 22 fuerunt, partim occisi sunt, partim, cum ad raedam pugnari viderent, domino succurrere
23 — 23 prohiberentur, Milonem occisum et ex ipso Clodio audirent et re vera putarent, fecerunt
24 — 24 id servi Milonis – dicam enim aperte non derivandi criminis causa, sed ut factum est –
25 — 25 nec imperante nec sciente nec praesente domino, quod suos quisque servos in tali re
26 — 26 facere voluisset. (*Pro Milone paragraaf 28–29*)
27 — 27
28 — 28

3 — 29 „At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor iniuriae, punitor doloris sui.”
30 — 30 Quid? si haec non dico maiora fuerunt in Clodio quam in Milone, sed in illo maxima,
31 — 31 nulla in hoc, quid vultis amplius? Quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiam
32 — 32 suae gloriae, praeter hoc civile odium quo omnes improbos odimus? Illi erat ut odisset
33 — 33 primum defensorem salutis meae, deinde vexatorem furoris, domitorem armorum
34 — 34 suorum, postremo etiam accusatorem suum; reus enim Milonis lege Plotia fuit Clodius
35 — 35 quoad vixit. Quo tandem animo hoc tyrannum illum tulisse creditis? quantum odium
36 — 36 illius et in homine iniusto quam etiam iustum fuisse? (*Pro Milone paragraaf 35*)
37 — 37
38 — 38

4 — 39 Spero multa vos liberosque vestros in re publica bona esse visuros: in eis singulis
40 — 40 ita semper existimabitis, vivo P. Clodio nihil eorum vos visuros fuisse. In spem maximam
41 — 41 et, quem ad modum confido, verissimam sumus adducti, hunc ipsum annum, hoc summo
42 — 42 viro consule, compressa hominum licentia, cupiditatibus constrictis, legibus et iudiciis
43 — 43 constitutis, salutarem civitati fore. Num quis igitur est tam demens qui hoc P. Clodio vivo
44 — 44 contingere potuisse arbitretur? Quid? ea quae tenetis privata atque vestra dominante
45 — 45 homine furioso quod ius perpetuae possessionis habere potuissent? Non timeo, iudices,
46 — 46 ne odio mearum inimiciarum inflammatus libentius haec in illum evomere videar quam
47 — 47 verius. Etenim si praecipuum esse debebat, tamen ita communis erat omnium ille hostis
48 — 48 ut in communi odio paene aequaliter versaretur odium meum. Non potest dici satis, ne
49 — 49 cogitari quidem, quantum in illo sceleris, quantum exiti fuerit. (*Pro Milone paragraaf 78*)
50 — 50
51 — 51

5 — 52 Haec tu mecum saepe his absentibus, sed isdem audientibus haec ego tecum, Milo:
53 — 53 „Te quidem, cum isto animo sis, satis laudare non possum, sed, quo est ista magis divina
54 — 54 virtus, eo maiore a te dolore divellor. Nec vero, si mihi eriperis, reliqua est illa saltem ad
55 — 55 consolandum querela ut eis irasci possim a quibus tantum vulnus accepero. Non enim
56 — 56 inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi, non male aliquando de me meriti, sed semper
57 — 57 optime.” Nullum mihi umquam, iudices, tantum dolorem inuretis – tametsi quis potest
58 — 58 esse tantus? – sed ne hunc quidem ipsum ut obliviscar quanti me semper feceritis. Quae

59 si vos cepit oblivio aut si in me aliquid offendistis, cur non id in meo capite potius luitur
60 quam Milonis? Praeclare enim vixero, si quid mihi acciderit prius quam hoc tantum mali
61 videro. (*Pro Milone paragraaf 99*)

Tekst 2

1 Als (*tijdens de Franse revolutie*) Robespierre geen rechtvaardiging (*voor de executie van*
2 *Lodewijk XVI*) kan vinden in het conventionele, positieve recht, dan moet hij wel een
3 beroep doen op de door filosofen ontwaarde wetten van het natuurrecht. Lodewijk had
4 als alleenheerser geen verplichtingen tegenover zijn onderdanen; hij heeft zich dus als
5 tiran buiten de gemeenschap geplaatst. Hij stond, in de filosofische termen van Rousseau,
6 buiten het „contrat social”. Die positie heeft hij gemeen met elke staatsvijand. Ook
7 Cicero hecht er veel gewicht aan Catilina en na hem Marcus Antonius tot staatsvijanden
8 te verklaren, omdat het doden van de vijand, van een vreemde die buiten de
9 gemeenschap staat, zonder proces kan gebeuren.

Guépin, Schokkende redevoueringen

Tekst 3

In zijn dialoog *De Oratore* legt Cicero een van de sprekers de volgende tekst in de mond:

1 Het is moeilijk te zeggen, hoe het komt dat de dingen die aan onze zintuigen het meeste
2 genot verschaffen en ze bij de eerste indruk het hevigst beroeren, ook het snelst een
3 gevoel van weezin en oververzadiging bij ons teweegbrengen. Hoeveel fleuriger zijn
4 bijvoorbeeld de meeste hedendaagse schilderijen niet dan de oudere, door hun grote
5 rijkdom en variëteit aan coloriet? En toch – al veroveren ze ons dan bij de eerste aanblik,
6 ze bevallen ons niet erg lang, terwijl de oude schilderstukken ons juist blijven boeien
7 door hun ouderwetse, wat stroeve stijl. [...] Ja zelfs de smaak, het meest genotzuchtige
8 zintuig, dat meer dan alle andere door zoetheid wordt gestreeld, verwerpt maar al te snel
9 overmatig zoete gerechten: wie kan lang achtereen zoetigheden eten of drinken?

Cicero, De Oratore III 98-99
Vertaling H. van Rooijen-Dijkman en A.D. Leeman

Tekst 4

Quintilianus merkt in zijn *Institutio Oratoria* IV 5, 13–15 op:

1 Menigeen heeft zijn twijfels over het volgende type verdediging: „Als ik heb gedood, heb
2 ik juist gehandeld; maar ik heb niet gedood.” Wat, zo vraagt men zich af, is de waarde
3 van het eerste deel, als het tweede bewijsbaar is? Ze zijn immers niet met elkaar te
4 rijmen, en als ze allebei worden gebruikt, worden ze wellicht geen van beide geloofd.
5 Deze opmerking is gedeeltelijk juist, en als het tweede deel onbetwifelbaar is, moet men
6 alleen dit gebruiken. Maar als we niet helemaal zeker zijn van ons sterkste punt, moeten
7 we beide bewijsvoeringen benutten.

Tekst 5

Uit de redevoering die Winston Churchill op 13 mei 1940 hield in het Engelse Lagerhuis is het volgende citaat afkomstig:

1 U vraagt: Wat is onze politiek? Dat zal ik u zeggen: oorlog voeren, ter zee, te land en in
2 de lucht, uit alle macht en met alle kracht die God ons kan geven: oorlog voeren tegen
3 een monsterlijke tirannie, die nog nooit in de duistere, trieste lijst van door mensen
4 bedreven misdaden is overtroffen. Dat is onze politiek.

Guépin, *Schokkende redevoeringen*

Tekst 6

De onderstaande tekst is een fragment uit de redevoering die Cicero na zijn terugkeer uit ballingschap hield voor de verzamelde burgers. In het direct voorafgaande heeft hij gezegd dat talrijke vooraanstaande politici er bij het volk op hebben aangedrongen hem uit zijn verbanning terug te roepen.

1 Quorum princeps ad cohortandos vos et ad rogandos fuit Cn. Pompeius, vir
2 omnium qui sunt, fuerunt, erunt, virtute, sapientia, gloria princeps. Qui mihi unus uni
3 privato amico eadem omnia dedit, quae universae rei publicae: salutem, otium,
4 dignitatem.

5 Cuius oratio fuit, quemadmodum accepi, tripartita. Primum vos docuit meis
6 consiliis rem publicam esse servatam, causamque meam cum communi salute coniunxit,
7 hortatusque est ut auctoritatem senatus, statum civitatis, fortunas civis bene meriti
8 defenderetis. Tum in perorando posuit vos rogari a senatu, rogari ab equitibus Romanis,
9 rogari ab Italia cuncta. Deinde ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solum,
10 verum etiam obsecravit.

11 Huic ego homini, Quirites, tantum debeo quantum hominem homini debere vix fas
12 est. Huius consilia, P. Lentuli sententiam, senatus auctoritatem vos secuti, me in eo loco,
13 in quo vestris beneficiis fueram, reposuistis.

Cicero, *Post reditum ad quirites*, 16–17

regel 1	Quorum princeps De belangrijkste onder hen
regel 2–3	unus uni privato amico uit vriendschap van persoon tot persoon
regel 5	accipere vernemen
regel 5–6	meis consiliis Een verwijzing naar Cicero's optreden tegen de Catilinariërs.
regel 7	status veiligheid
	bene meritis verdienstelijk
regel 8	ponere verklaren
regel 9	ad extremum helemaal aan het einde van zijn redevoering
regel 12	consilia, sententiam en auctoritatem Object bij <i>secuti</i> .
regel 12	P. Lentulus Consul in 57 v. Chr.; hij had geijverd voor de terugkeer van Cicero.
regel 13	beneficia steun bij mijn verkiezing

Einde